

lib.2.de Antidotis. Igitur solæ partes,
id est, truncum illud, abscissis capite,
cauda, pelle , & interaneis omnibus
eligitur, ad pastillos conficiendos &
ad cibos ; ex optimis & approbatis, ac
majoribus Viperis ; quæ enim hujus-
modi non fuerint, invalidam Theria-
cam conficerent, & nutrimentum pa-
riter invalidum afferent , propterea
sunt repellendæ , præcipue, si in aqua
longo tempore exenteratae non vo-
lentur.

DE DISSECTIONE ANA-
tomica in universum.

CAP. XV.


I antiquiores Vi-
peræ Anatomen, si-
cuti Chamæleontis
tradidissent, quod
refert Plinius, mul-
tos equidem erro-
res evitassent ; sed
ob horrorem , aut veneni suspicio-

D 2 nem,

nem, eam reliquisse existimandum est; cumque in capite sit venenum, nobis ictu per molestum, ab eo pri-
mum exordiri par est. Cerebrum tan-
pusillum habet, ut vix quatuor grano-
rum milii aequet magnitudinem &
quantitatem, & propterea calidum,
& siccum animal à quibusdam dici-
tur, quoniam cordis calorem, quod
immodicum est, non attemperat ce-
rebrum; colore subnigrum est. Den-
tes tam mas quam foemina quatuor
habet, sed foeminis firmiores, sta-
bilioresque, quippe pro tempore qua-
tuor insunt, duos verò deciduos ha-
bet mas, perennes alios. Quare in his
enumerandis, & signis enunciandis,
an à foemina, vel à mare ulcuscula in-
flicta fuerint, decipiuntur oinnes,
turpiter à Nicandro decepti, qui di-
cit signa maris & ictus ejus, duo sem-
perforanina adesse, cum quandoque
quatuor sint & esse possunt antequam
decidant. Ex nostratis recenter
deceptor est Amatus Lusitanus, &

pau-

paulò autem celeberrimus , & splendi-
dissimus linguarum notitia , & scien-
tiarum splendore, Hieronymus Mer-
curialis qui duo tantum semper esse
crediderunt. Cor habet grandiuscu-
lum, in pericardio mobile, & quando
alexiterio occiditur, concitatius mo-
vet, quam si ferro enecaretur, ob re-
pugnantiam alexiteriarum cum cor-
de ad venena. Nec habet oblongum;
vena admodum crassa medium per-
currit, quæ certè à corde oritur , &
complantata est usque ad extremam
serpentis caudam , percurrit super
hanc venam apertè. Nec compostum
est quasi parenchyma sit. Penis
masculo duplex; quatuor quoque te-
stes. Fæminæ volva duplex, & orifi-
cium duplex, oblonga, satis plena o-
vorum; intus ova parit. Utrum verò in
ambobus uteris eodem tempore se-
men immissatur ab utroque pene , an
quandoque uno uni, quandoque al-
tero alteri , sive ab alterutro genitali
projiciatur ; incertum prorsus omni-
bus est hucusque.

D 3 DE